



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Incestus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10447**

INCESTUS.

**I**ncestum committens, tam in muliere, quàm in homine, quomodo puniatur, vide Clar. §. incestus, ver. sed quero, quæ sit pœna, ubi habetur, quòd mulier quædam fuit fustigata, quædam pecunia mulctata, quidam ad triremes condemnatus.

INCOMPATIBILITAS.

**P**rimò, incompatibilia beneficia, quæ dicuntur, vide Rebuff. de dispensat. at. in ver. incompatibilia, à nu. 1. & infra. vide in ver. parochia, §. 4. & in ver. canonica, §. 6. Staphyl. de lit. grat. f. 73. num. 9. Selua tract. de benef. qu. 39. p. 3.

Secundò, duobus modis potest dici incompatibilitas, primò, ratione sufficientiæ, & sic habere plura beneficia, etiàm simplicia, non licet sine peccato, si unum tantùm est sufficiens, ita D. Hier. in c. 1. 44. dist. Selu. loc. cit. Conc. Trid. sess. 24. c. 17. de reform. secundò, residentiæ, ut duos canonicatus, duas parochiales, duas præbendas, duas capellanias, & quæcunque beneficia, & requirementia residentiæ de jure statuto, consuetudine, legato, Staph. nu. 73. nu. 2. & 9.

INGRESSUS RELIGIONIS.

**Q**uando jura loquuntur de ingressu Religionis, prout Bul. Pii V. 50. de admitt. resign. & alia quàm plurima jura, de quo ingressu loquuntur, de

ingressu monasterii solùm, absque susceptione habitus, vel de habitus susceptione, absque professione, vel de professione?

Respondetur, quoad primum, Nav. conf. 6. de regul. quòd incurritur excommunicatio, prout sess. 25. ca. 18. de reg. quoad secundum & tertium, intelligi debet vacare beneficium, prout in cap. si annum, de regul. lib. 6. cætera vide in ver. possessio, & in ver. monac. & in ver. Regularis.

INJURIA.

**P**rimò, pro injuria facta Ecclesiæ, vel Episcopo, vel personæ ecclesiasticæ, judex potest procedere ex officio, ut in l. si quis in hoc genus, per Bal. capit. de Episc. & cler. facit, ca. si quis deinceps, 17. qu. 4. Afflic. in const. num. 50.

Secundò, injuria potest fieri duobus modis, & dicit Clarus in §. injuria. sed ego addo tertium, nempe verbis, factis, id est, percussione, & scripto, ut libellis famosis, prout dictum est in 1. p. in ver. libellus famosus, vel literis, vel cantilenis, & de pœnis injuriarum, vide Clar. loc. cit.

INQUISITORES.

**I**nquisitores generales possunt procedere contra maleficas, incantatores, & superstitionum observatores, Alex. VI. Bull. 12. Adria. VI. Bull. 5. etiam contra prælatos hæreticos, & hæreticorum fautores, Pius IV. Bul. 84. & possunt legere, & tenere libros prohibitos, & a-